

Q. D. B. V.
DE
APPELLATIONE
IN CAVSIS CRIMINALIBVS
EX IVRIBVS ROMANO, CANO-
NICO, GERMANICIS
SVB PRAESIDIO

AVGVSTINI LEYSERI ICTI
POTENTISSIMO POLONIARVM REGI ET
PRINCIPI ELECTORI SAXONIAE A CONSILIIS
AVLICIS, IN ACADEMIA VITEMBERGENSI ORDI-
NARI, CONSISTORII ECCLESIASTICI DIRECTO-
RIS, CVRIAEC PROVINCIALIS AC SCABINA-
TVS ASSESSORIS PRIMARII

PRO ADIPISCENDIS

SVMMIS IVRIVM HONORIBVS
DIE OCTOBR. A. C. 1739

IN AUDITORIO MAIORI
HORIS ANTE ET POST MERIDIANIS

PVBLICE DISPUTAT

AVCTOR ATQVE RESPONDENS
MICHAEL GODOFREDVS
WERNHERVS

NEVNKIRCHA - FRANCVS I. V. C.

VITEMBERGAE
LITTERIS EPHRAIM GOTTLLOB EICHSFELDII,
ACADEMIAE TYPOGRAPHI.

6584
D2

APPELATIONE
IN CAUSIS CRIMINALIBAS
EX IURAVS ROMANO C. NO.
MDC^o FERMINICVS
SAB^o BRASSIUS

AUGUSTINI THERESI ETI
TOTIETATIS OMNIS POLONIAE RERUM AT
TINIGRIS INTEGRA SAXONIAE A CONSILIIS
AESTIVIS IN GERMANYA ALTEMPLIENSIS DILECTO
MARII COLONIENSIS ERECTI ESTAUSTRIACI DILECTO
RIS^o CIVITATIS TRIBUNALIS AD SCASIANU
ET^o 1722 Okt^o HAMM

PRO VINCIPALIBVS
SUMMIS IURIAVM HONORIBAS
DEO OCTOBR^o A C^o 1722 CC XXXIX

IN AUDITIO^o MAJOR
HODIS VNTAT^o ET POST MARRIDIVNTIS
LAWYCE DILECTAS

MICHAELI GODOLREDIAS
WFRINHERRAS
IZUNGENI^o ERHAGA^o 1722

ZITTRAMPERGAS
ZITTRAMPERGAS
LITTRARIA ETHERIAN GOTTLIEB MONTFETED
ZEPHIRINA FRANCISCUS

A
A
A
A
A
A
2
**THEOLOGO SVMMO,
BERNHARDO
W A L T H E R O
MARPERGERO,**

S. S. THEOLOGIAE DOCTORI, POTEN-
TISSIMI POLONIARVM REGIS ET PRINCIPIS
ELECTORIS SAXONIAE CONCIONATORI AVLAE
PRIMARIO, SENATVS ECCLESIASTICI
ET CONSISTORII SVPREMI
CONSILIARIO

**DOMINO ET PATRONO SVO
OMNI PIETATIS CVLTV AETATEM
PROSEQVENDO**

DEMISSE DEDICAT
OPVS HOC LEVIDENSE

MICHAEL GODOFREDVS WERNHERVS.

MICHAEL CODSTRUPAS MARENHERAS

OVAS HOC FELAIDINSE
DE:HSSE DEDICAT

DOMINO ET PATRONO SVO

OMNI: PIAITATIS CAVTA AETATEM

PROSEGANDO

DE:HSSE DEDICAT

OBAS HOC FELAIDINSE

PROSEGANDO

CONSPIRATIO

ET CONSISTORII SPERMI

PATRICO , SANTAS ECCELSIAS

REFECTUS SCHOLARUM CONCIONATORI ALVE
TISSIMI POLONIAVM REGIS ET PRINCIPIS
THEOLOGIVB DOCTORI POTER

WALTHERO MARPERGERO

BERNARDO THEOLOGICO SAMMO



CONSPECTVS DISSERTATIONIS.

CAP. I.

Praestantia & laus appellationis. Supple-
ri per eam possunt omissa in prima in-
stantia §. 1. Abusus appellationis. In
quo ille in primis consistat, quod non ex-
pressit Vlpianus. §. 2. Leges iuris ciuilis in
temere appellantes. §. 3. Quid iure cano-
num in eos constitutum. §. 4. Quid per re-
cessus Imperii. §. 5. Quid iure Saxonico
communi. §. 6. Quid iure Saxonico Ele-
ctorali.

ctorali. §. 7. Antiquitas appellationis a pri-
ori demonstrata. §. 8. 9. 10. 11. 12. Exempla
antiquissimae appellationis. §. 13. Num sit
iuris naturalis appellatio. §. 14. Deciditur
negando. §. 15. Quaedam ex Lynckero
huc adducta. §. 16. An appellatio lege pos-
sit tolli. §. 17. An consuetudine. §. 18. An
statutis. §. 19. Quod affirmatur, remotis dis-
sentientium argumentis. §. 20. Contrarium,
ne statuta possint abrogare appellationem,
per leges Principi introducere liberum. §. 21.
An renunciari possit appellationi. Reiicitur
distinctio Suendendoerfferi. In criminalibus,
ubi recepta appellatio, renunciatio non abs-
que ullo discrimine admittenda. §. 22.

CAP. II.

Iure ciuili locum habet appellatio in crimi-
nalibus. §. 1. Ampliations & effectus. §.
2. Limitationes. §. 3. Quid obtineat, si bo-
na per sententiam ademta, uel non quidem
ademta, poena tamen priuationem bono-
rum secum trahat, & quis appellatione inter-
posita interea mortuus fuerit. §. 4. Num
appellatio post rem iudicatam sit conceden-
da.

da. Num post tres conformes sententias.
§. 5. Poenae iudicium super appellationibus
non deferentium, iure ciuili, canonico, Sa-
xonicō Electorali statutae.

CAP. III.

Extensio appellationum a pontificibus fa-
cta §. 1. & 2. Denunciatio euangelica,
species quaedam prouocationis. §. 3. Ap-
pellatio in criminalibus iure canonum locum
habet. Ampliations. Facto interdum ap-
pellatur. §. 4. Limitationes permisae iu-
re can. in criminalibus appellationis. Stu-
diosi in causis disciplinarum non appellant.
§. 5.

CAP. IV.

Perstringuntur antiquis Germanorum con-
suetudinibus nimium fauentes. §. 1. Quid
antiquissimis Germanorum temporibus circa
appellations obtinuerit. §. 2. Quid postea
imperantibus Francis circa appellationem
in criminalibus. §. 3. Iudicium Vehmicum.

§. 4.

§. 4. Quid iure Alemanno, porro quid
a Friderico I. Imp., denique quid iure Sa-
xonico communis sit dispositum. §. 5. Quid
iura Imperii de appellatione in criminali-
bus censeant. Quaenam intelligantur cri-
minales causae. Quid si poena in multam
pecuniariam mutata. §. 6. Nulla distinctio
inter processum accusatorium & inquisito-
rium. Alia, dispositio, quando non appell-
lari potest, obiter proposita. §. 7. Excep-
tiones genuinae prohibitae in criminalibus
appellationis. §. 8. Reiciuntur limitationes
Lauterbachii. §. 9.

CAP. V.

Opinio Oldekopii & eius defendendae
ardor, ira in iudices causarum crimi-
naliuum. §. 1. Nihilosecius placet sententia
contraria. Differentiae processus juris ciu.
& Germanorum, ad hanc materiam illu-
strandam pertinentes. §. 2. Adducitur re-
cessus Imperii, & argumentum, quod Ol-
dekopiis inde desumit, in ipsum retorque-
tur. §. 3. Refutantur alia Oldekopii &
Her-

Hertii argumenta. §. 4. Quae causae criminales hoc loco intelligantur. Num distinguendum sit inter accusatorium & inquisitorium processum. §. 5. In quibus in locis Germaniae expresse prohibita sit appellatio in criminalibus. §. 6. Couarruuiae extensio ad totum fere orbem christianum. §. 7.

CAP. VI.

Quid iure Saxon. El. cautum. §. 1. Opinio Oldekopii locum inuenire nequit. §. 2. Appellatione tamen interposita relatio instituenda. §. 3. Vim suspensuam habet talis in criminalibus appellatio. Exceptiones. §. 4. Numne in quibuscunque causis criminalibus non admittatur appellatio. §. 5. Nulla differentia, utrum ab interlocutoria, an definitiva prouocetur. Eadem prohibito leuterationis in criminalibus. §. 6. Eadem prohibitio in delictis leuioribus. §. 7. In accusatorio processu appellatio admittitur, iustificatur autem coram commissariis. §. 8. Idem iuris est in processu bannitorio. §. 9. An appellatio contra inquisitionem,

nem, quae est in fieri, sit permittenda.
Fures & raptore & duellorum rei sine de-
fensore aduocato rapiuntur ad supplicium.

§. 10. Quid plerumque rescribatur, si appellatum fuerit in criminali causa **§. 11.**

comitum regis opereu chrysanthemum. ¶ 5



618

CAP. I.



CAP. I.
IN QVO GENERALIA QVAEDAM
QVAE AD APPELLATIONEM FACI-
VNT, TRACTANTVR.

§. I.



am celebris tamque eximia est appella-
tio, ut eam Cicero *de Oratore lib. 2. c. 48.*
patronam ciuitatis ac vindicem liber-
tatis nominet. Et Vlpianus *in l. i. ff. d.*
appellat. appellandi usus, ait, quam sit
frequens quamque necessarius, nemo
est, qui nesciat, quippe cum iniuritatem iudicantium
uel imperitiam corrigat. Suppleri per eandem pot-
est, quod in prima instantia uel per iudices uel per
aduocatos praetermissum est. *l. 6. f. 1. C. eod.* ubi ratio
haec memoratu digna, in iudiciis nihil aliud, quam iu-
stitiam locum habere debere, adiicitur. Vnde appella-
tio praefidium innocentiae & theriaca contra uene-

A

num

num judicis vocatur. Vid. Moller *Semeſtr.* lib. 4. cap. 33. num. 5.

§. II.

Contra quantus beneficii huius sitabusus, neminem latet. Neque vero ille in hoc solum consistit, quod secundum Vlpianum in *cit.* l. i. pr. d. *appellar.* non nunquam bene latas sententias in peius reformat, quia ex eius opinione non utique melius pronunciat, qui nouissimus sententiam latus est, sed potius in eo, quod, dum ad iustitiam promouendam & solatium spemque iustorum periclitantium est introductum, conuerti saepenumero soleat in refugium impiorum & malorum hominum, qui, ut iustitiam fugiant & aduersarii diuturnitatis iudiciorum perpetuique ac ingentis sumtus peraesi tandem languescant & iustum causam dimittant, in hanc latebram se coniiciunt.

§. III.

Hinc ne temere & passim omnibus prouocandi licentia praebetur, diuersa diuerso iure constituta fuere. Ac iure Romano mediocriter poenam, qui malam item fuerit prosecutus, sustinet l. 6 §. 4. C. d. *appellat.* Sigillatum, qui ab executione uel ab articulo, i.e., sententia interlocutoria temere appellariunt, 50. librarium argenti animaduersione digni censentur. l. 5. C. quorum *appellationes non recipiantur.* Add. l. 2. C. de episc. aud. ubi eadem poena clero, ante definituam sententiam frustratoria dilationis causa appellanti, dictatur, ita ramen, ut pauperibus cedat, non fisco, id quod si laicus prouocet, contingit. Praeterea si is, cuius appellatio non est recepta, ulterius instet atque prouocet,

cet, & superatus iniuste appellasse videbitur, infamia notatur. *I. 19. C. d. appellat.* quod uix hodie locum habere dicit *Br. ad d. I.* nisi uerbis iniuriosis iudicem a quo tractauerit *Add. I. 42. d. iniur.* Illud uero, non video, unde probari queat, quod uult Brunnemannus ad legem supra allegatam *b. f. 4. C. d. appell.* *n. 18.* temere appellantem quoque amittere causam. Lex quippe *30. C. d. appellat.* de singulari casu, quando sciliceta praefecto praetorio appellatur, agit, id quod ipse fatetur Brunnemannus *ad eandem legem.*

§. IV.

Iure pontificio perperam prouocantes expensarum refusione subiaceant *c. 59. X. d. appellat.* Et si iniusta fuerit pronunciata appellatio, reddere coguntur summi, quos, dum sequeretur aduersarius, impendit, non simplos, sed quadruplos, *c. omnino 2. qu. 6.*, id quod Eybenium & Wesenbecium non animaduertisse miror, quorum prior *p. 440. b. f. 20.* iure Canon. nullam poenam determinari, posterior in *comment. ad ff. p. 361.* in expensas saltem condemnationem obtinere autem. Eodem iure, qui remedio appellationis utuntur, imo & procuratores iuramentum calumniae praestare debent.

§. V.

Eandem iurisurandi calumniae & quidem statim in primo termino coram iudice, ad quem praestationem injungit *Recessus Imp. el. a. 1654. f. 118.* Et in *f. 120.* hoc sanctum reperimus, Dass wider solche temere appellirende Theil die angezeigte Straffe erhöhet, und nach Ermäßigung des Richters solche Parthey

von zwey, drey bis auf zwanzig Marek Goldes nach
Beschaffenheit des Falls und Umstand der Sachen,
oder auch wohl gar am Leib gestraft ic. ubi in im-
probos causarum patronos ita consilicium: vornehm-
lich aber auch der frevelmuthige aduocatus caussae
mit gebührender Straffe, nach Gestalt des Verbre-
chens und Muthwillens und zwar mehr, als die der
Rechten etwa unersahne Parthenen, welche vff-
mahls die Sache nicht verstecken, angesehen werden.

§. VI.

Iure Saxonico communi hisce uerbis imponitur
juramentum calumniae: Wer ein Urteil schilt,
beschuldigt man ihn darumb, daß er es nicht durch
rechten Willen gethan hab, sondern durch Auffzuges
willen, des müßt er sich auf den Heiligen empfahl-
igen ic. Lehn-R. cap. 70. Alio loco, videlicet Land-R.
lib. 2. art. 12. dicitur: Der das Urteil schilt, volkümpt
ehr es nicht, ehr müß darumb wetten dem Richter
und ihm seine Buß geben, des Urteil er gesicholten
hat, und dem Richter seine Kost gelten, die er mit
seinen Bottten verthan hat. Per arr. 73. Weichb. mul-
tazo. solidorum Scabinis, a quorum sententia appelle-
ratum est, exsoluendorum dictatur, uerbis: beschilt
aber ein Mann ein Schöppen um ein Urteil, alsdenn
sein Urteil durch die andern volwortet ist, sie gewin-
nen all ihre Buß und der Richter gewinnt so manch
Gewet. ic.

§. VII.

In Saxonia Electorali plurimae eaeque saluberrimae
poena in temere appellantes sunt constitutae. Pri-
mo enim iudex, ad quem iusurandum calumniae ex
officio

officio nulla pravia sententia exigere potest, imo pro re nata debet, ita ut nulla contra tale decretum uel resolutionem admittatur leuteratio, & appellatio interposita, relatio statim fiat ad superiorem, quo facta, si grauamina satis idonea haud fuerint reperta, poena 5. 10. uel plurium imperialium cum rejectione dicenda uenit. *Vid. doc. Ele&t. 70. uerb. unsere Appellation- und Hoff-Räthe, wie auch Hoff- und andere Gerichte n.c. Resol. grauam. d. a. 1661. gr. 24. uerb. unsre Cansler, Hoff und respectiue Appellation-Räthe.n.c.* Erl. Sächsl. Proces-Ordnung, tit. 33. §. 1. Deinde appellantibus uel potius aduocatis eorum ab inquisitione, inhibitionibus, quae a curiis prouincialibus, Hoff-Gerichten, emittuntur, citatione, monitorio, publicacione rescripti, decreti, sententiae, alioue futuro grauamine, in causis ad politiam & disciplinam spectantibus (Polisch: und Disciplin Sachen) executione, immissione, subhastatione, in causis cambialibus, quotidie multam 5., 10. plurimumque thalerorum irrogari uideas. *Add. die Erl. Proc. Ordin. tit. 35. §. 7. Nec mitius habentur, qui contra sententiam, per quam probatio iniuncta, prouocationem adhibent. vid. tit. 20. §. 2.* In casum reiterationis, in fraudem legis factae, dupli & tripli poena infligi, quin imo aduocato, concurrente eiusdem insigni malitia, carcer dictari debet. *Cod. Aug. tom. I. p. 170.* Neque minus de causis metallicis speciatim cautum, ut appellans a sententiis collegiorum uel scabinorum metallicorum in casum succubentiae 200., a decretis uero profectorum 100. imperiales deponat; a praeliminariibus iudiciorum uero uidelicet citatione & similibus prouocatione facta, 10. imperialibus tam cliens quam patronus siue adu-

A 3

catus

carus mulctetur. *Mand. Ordinat. processus recognitae adiectum num. XI. f. 17. seqq.*

§. VIII.

Antiquissimum porro illud prouocationis genus, & cum ipsis rebus publ. ortum esse haud dubito, idque a priori, prout aiunt, concipi posse credo. Nam cum propter auctam hominum multitudinem & enatas inde varias difficultates homines in corpora sive societates coire necesse esset, legibus opus erat. Illud ipsum enim uinculum, quo societas civilis continetur, quo actiones hominum bene diriguntur, quo quis denique incolumis, quippe qui praecipitus ciuitatis finis est, L. B. a Wernher *in element. I. N. & G. c. 19. §. 8.*, uiueret, est LEX. Leges naturales non uidebantur sufficere partim ob nimiam saepius earum generalitatem, partim ob plurimorum in eiusmodi societate uitam degentium malitiam, improbitatem & innatum fere uitium sibi solis bene cupiendi, quibus coercendis aciores freni erant iniiciendi, vid. Puffendorf. *d. I. N. & G. Lib. VII. cap. 1. f. 11.* partim ob alias circumstantias singulares in hac uel illa ciuitate occurrentes, quae certam utique strictamque determinationem desiderabant.

§. IX.

Has leges ab ea, quae ciuitatem regit & quam sumum magistratum sive maiestatem dicimus, potestate proficii, cum ipsa legislatio ad regimen hoc pertineat, in aprico est. Huius uero quin sit, id, quod legibus praecipitur, faciendum curare, itaque actiones ciuium ad praecelta legum conformare, proinde

inde quin eidem potestas & uis cogendi competat,
quod alias exsangues essent leges & campanae sine pi-
stillo similes, nequaquam est ambigendum.

§. X.

Sicuti uero magistratus isti maiores ut plurimum ne-
gotiis grauioribus iisque externum praesertim ci-
uitatis statum concernentibus ita sunt districti, ut legi-
bus a se datis inuigilandi, &, ne impune in istas im-
pingatur, praecauendi, lites & causas ciuium audien-
di, discutiendi & suo decreto terminandi, iis nullum
superfit tempus; praeterea, praecipue si status ciuilis
monarchicus sit, ab uno omnia expediri minime pos-
sunt: ita circumspiciendum & aliorum auxilium pe-
tendum erat. Inde factum, ut alios, qui loco ipsorum
ius dicerent, & superactionibus subditorum cognosce-
rent, alios in aliis reipublicae negotiis ibi sufficerent.
Inde erecta iudicia & tribunalia, ceu necessaria ad sta-
tum reipubl. bene gubernandum, ne cuiquam desit
remedium, quorsum, si ab altero ius suum consequi
amice nequeat, confugere possit, quo publica illud ob-
tineat auctoritate, qnod priuatis desideriis indulgere
noluit aduersarii malitia.

§. XI.

Proinde iam tunc temporis non poterat non contin-
gere, ut una alteraue pars male, inique & contra
leges iudicatum, sibique iniuriam esse factam quere-
rebet; nec semper impediri poterat, quo minus im-
probi, maligni & scelerati iudices constituerentur, qui
ex auaricia, odio similiue flagitio magis, quam uero
iustitiae studio procedunt. Nonnunquam imperiti
ad

ad hoc munus accedunt; imo ipsi judices, quamuis legum peritissimi consuliſſimique, ſibi quandoque aliquid, quod ſolido legum fundamento deſtituitur, perſuadent. Pefſime igitur ageretur cum eo, qui tali iniuſtae iudicis ſententiae, ſaepius quoque corruptione aut ex inimicitia prolatae, acquiescere atque fuam oppressionem pati teneretur, adeo, ut omne auxilium refugium ad ſuperiorem ipſi eſſet interclusum.

§. XII.

Ad ipsum uero maiestatis officium ſpectare ſum-
mam inſpectionem & curam iudiciorum, ne ſub-
diti arbitrio magis iudicium, quam legum ſint ſubieci,
uel ex hoc patet, quod alias iudex ſe redderet ~~ar-
bitriuſuov~~, tantoque maior eorundem foret audacia ac
temeritas, quanto minus ipſis a uindicta superioris eſ-
ſet timendum, quantoque diſſicilius facta eorum in-
iusta detegi poſſent. Ita uero cresceret & indies ma-
gis augeretur licentia graſſandi in uitam & bona ciui-
um, quod contra praecipuum ſocietatis ciuilis finem,
ut ſupra ſ. 8. oſtenditur, eſſet. Huic igitur tam gra-
ui malo remediuſ fuerat adhibendum, & ne iuſtus
iustae cauſae iacturam faceret, prouidendum, ſimul
tamen proſpiciendum, ne, quod ſaepenumero acci-
dit, res optima in maximum abuſum uergat. Aliud
uero remediuſ commode adhiberi non poterat, quam
ipsa appellatio ſeu prouocatio ad ſuperiorem, ubi cau-
ſa abit a iudice, qui male iudicaffe arguitur, inferiore
ad ſuperiorem, ui ſupremae inſpectionis denuo inqui-
rentem in eam. Et ita res iuſtorum desperatae reſti-
untur & redintegrantur.

§. XIII.

§. XIII.

Ac ne quis nobis exempla antiquitatis huius beneficii deesse obiciat, prouocamus ad ipsas sacras litteras, nempe *Exod. c. 18, u. 21. & 22. Deuter. c. 1, u. 12. usque ad u. 17.*, ubi Moše instituit iudicia, & ut maiores durioresque ad ipsum referrentur causae, edixit. Quod ad rem publicam Romanorum in primis nota est lex Valeria, a P. Valerio Poplicola consule primum lata, qua alia inter cautum, ut prouocatio aduersus magistratus ad populum liceret, ne quis magistratus ciuem Romanum aduersus prouocationem uerberaret, necaret aut pecunia mulctaret. Quae quum patricii displaceceret, quod dominatum, quem affectabant, subuerteret, variis artibus aliquamdiu elusa atque hinc relatione non una restituenda uisa est. Relata ergo L. Valerio Poplicola & M. Horatio Barbato Coss. Relata tertium a M. Valerio Coruo. Rem omnem recensent *Livius lib. 2.*, *Dionysius Halic. lib. 5.*, *Plutar. chus in Poplicola*, & ex iis *Rolinus in antiquit. Rom. lib. VIII. c. 8. p. 1327.*, eleganter *Heineccius in Synt. antiquit. Rom. append. lib. 1. c. 1. f. 27. add. Bachou. ad Treutl. Vol. II. Disp. XXXIII. lib. 1. lit. a. uoce*: quando appellatio a Romanis & lit. b. Adde *Act. Apost. c. 25. u. 11.* ubi Diuus Apostolus Paulus ueritus, ne a Iudeis iisque gratificante Porrio Festo innocentia sua pessundaretur, ad Caesarem prouocavit, dicens: Καίσαρα ἐπαλέμην h. e. Caesarem appello.

§. IV.

Interim ea, quae haecenous diximus, neutiquam eo extendimus, ut hoc beneficium ipsius juris naturalis esse existimemus. Affirmant quidem hanc pro-

B

po-

positionem Eyben, in scriptis iuridicis p. 455. §. 20. Treutlerus Vol. I. disp. 1. tb. IV. lit. c. & Vol. II. disp. XXXIII. tb. I. lit. a. Mullerus ad Struuum tb. I. lit. a. tit. d. appellat. qui dicit, remedium hoc tam ipsum Deum, quam iura naturalia auctorem agnoscere. Streit in proem. diff. d. beneficio appell. Stryk. in annor. ad Laut. comp. uoce: iuris naturae, eod. tit. Mollenbec. in thesauro iur. ciuil. eod. loco, aliique, potissimum ex hac ratione, quod defensionem ulteriorem contineat appellatio, defensio autem sit iuris nat., quod quidem principium tantos in hominum animis effectus producit, ut Mullerus in Semestr. lib. 4. cap. 33. n. 6. concedi oportere defensionem dicat, etiam diabolo, si esset in iudicio; quod quidem Romae in solennibus istis ritibus, quando aliquis sanctis adscribendus est, moris esse, ibique, ne diabolo inaudito iniuria per relationem hominis immerentis inter diuos fiat, oratorem constitui, qui iura diaboli magna contentione aduersus candidatum consecrationis, siue, quam uocant, canonisationis, tueretur, ac propterea aduocatus diaboli uocatur, scite commemorat Praeses in med. ad ff. Spec. 562. d. odio defensionis medit. 10.

§. XV.

Nos igitur ad illam propositionem cum Antonio Matthaei ad lib. XLVIII. d. criminib. tit. 17. c. V. n. 11. Couarruaia praet. in quaest. XXII. n. 6. aliisque ab eodem Couarruaia adductis, itemque cum Lynckero de grau. extra iud. cap. 2. sect. 1. p. 15. seqq. negando respondemus. Non enim omnis defensio est iuris nat. Hinc non sequitur: appellatio est defensionis species, ergo est iuris naturalis. Sic igitur quando mulieri

mulieri fideiubenti beneficium SCti Vellei. conceditur, ut defendat se ab aetione aduersarii, contra ipsam intentata, nemo, quod quidem crediderim, hoc SCtum iure naturali praeceptum affirmabit. Et uereor, ut tota haec defensionis doctrina ad iudicia, in republica constituta, applicari queat. Cives enim, dum in album ciuium referuntur, consentiunt de eo, quod legibus morem gerere uelint, consentiunt de iudicium effatis ubi, si qua lis uentiletur, sat magnum relinquitur temporis spatiu, iura prosequendi & omnia iustae cauiae momenta conquirendi, ut itaque talis nequaquam defensione destitutus dici posse uideatur. At si appellationem tanquam ulteriorem defensionem iuris naturalis esse ponamus, in infinitum se porrigeret haec defensio, nec ullus litium finis existet. Taceo, iudicem non statim iniuriam facere, aut aduersa fronte, ut loquitur Ziegler, de iurib. maiest. lib. 1. c. 30. §. 19. pugnare prae sumendum esse, ut hac in parte contra eum defensio institui debeat. Praeterea finge, Principem aliumue summum magistratum iudicare, quae ritur, an tunc appellationi locus futurus sit? statim apparet, nullum esse posse, quia post Principem nemo superior in republica reperitur, ad quem prouocari possit, quo ipso absconam & inconcinnam huius asserti rationem satis indicari putamus, siquidem ita mox effectum fortiretur, mox non sortiri posset, quamuis iuris naturalis praeceptui esset. Quidni ergo, si Princeps alios constituat, ut illi ipsum Principem repraesentent, & quasi ipse hoc faceret, iudicent, ita, ut omnis prouocationis via obsepiatur, quem casum habet ICtus in l. 1. §. 4 a quib. app. non licet, idem obtinet? Utique ergo appellatio est defensionis species, sed nonnulli ciuilis.

§. XVI.

Operae pretium mereri uidetur, quaedam ex Lynckero, cuius tamen hac in doctrina sales non omni ex parte probamus, de grauamine extra iud. huc excrivere, utpote qui in cap. 2. S. et. 1. ita loquitur : *Xḡēμa quoddam & colorem proteruiae suae in prouocando obducturi rapaces, & quibus (ex C. Silii. ap. Tacitum sententia in Annal. XI-VI-3.) fori tabes pecuniam adserit, causarum patroni subinde appellationem iuris esse natur. praetendunt, quam adimere uel extorquere parti non liceat ; Estque communis ea labes, ut si tot maeandri iuris ciuil., tot in ea tanta prudentia accuratissime discussae difficultates ingenii delicatis patere non possint, protinus, quicquid prima manu deprehendunt, illud iuris nat. esse uociferentur &c.* Et paulo post n. 8. *quot enim non turbas in seniori iuris prudentia dedit ab his insinuata illa defensionis nat. in appellatione persuasio, ita ut appellationem in criminalibus excludi non posse putarent, quousque defensio supereisset : quae quidem in caussis sanguinem humanum prouocantibus maxime est favorabilis.* Et §. 2. n. 5. *Vt uero non tantum ea, quae iuris gentium (secundarii) sunt, ad ius nat. saltim reductive pertrahuntur, sed & omnia, quae iuris positivi ciuilis sunt, eo referri*

ri queunt: quamquam saporem iuris nat., quanto remotius quelibet ab eo per conclusiones eliciuntur, ut riuiuli e mari longius abducti saltem amittant, ita etiam suo modo quaevis & sic nostra quoque extrajudicialis appellatio iur. nat. esse dici potest. Interim nec quod reductio, nec omnium minime quod negative ad ius nat. pertinet, illud apte iuris nat. esse dixeris.

§. XVII.

Patet ex hac tenus adductis, beneficium appellatio-
nis meri iuris humani positiui, adeoque quaestio-
nem inde fluentem, num illud lege possit tolli, affi-
matue decidendam esse. Principi enim summaeue
reip. potestati cum integrum sit, appellationis benefi-
cium introducere, in illius quoque positum erit ar-
bitrio, idem rursus abrogare. Quicunque enim le-
ges ferre potest, easdem regulariter tollere & nouas
dicere potest. Consentit Hertius in comment. & opusc.
V. I. T. III. p. 582, §. 2. Vnde & Caligula magistra-
tibus liberam iurisdictionem sine appellatione concele-
xit, ac Nero constituit, ut omnes appellationes a iudi-
cibus ad senatum fierent, commemorante Strykio in
Vol. VII. diff. Hallens. d. appellatione illicita. cap. 1. §. 10.
Huiusmodi legem autem stricte interpretandam, &
aliquam ad minimum prouocationem per supplica-
tionem scil. vel alium modum esse licitam tuemur
cum Grotio de iure belli & pacis lib. 2. cap. 4. §. 13,
cui tamen in eo contradicimus, quod illud, ut ab ali-
quo nulla ratione possit prouocari, cum persona sub-

diti repugnet. Sicuti & generatim hoc ipsum tolli, quin imo maiestatem diuisibilem esse posse, defendimus cum Zieglero de iurib. mai. lib. 1. cap. 3. §. 1. & 2.

§. XVIII.

Porro interrogari potest, an consuetudine tolli queat appellatio? Negat hoc Oldekopius in *obseruat. crim. pract. tit. V. Obs. 1. n. 12.* Nos illud, requisitis consuetudinis rite se habentibus, affirmare non dubitamus, quoniam ipsa consuetudo est lex tacita legislatoris uoluntate per diuturnos mores introducta, atque inter legem & consuetudinem hoc solum interest, quod lex sit scripta, consuetudo autem sit lex non scripta, utriusque uero eadem regulariter uis & efficiacia obligandi. Ludouici in *usu pratico dist. iurid. tit. de LL. dist. 1.* Lex per superius deducta appellacionem potest abrogare, inde firmissima profluit consequentia, per consuetudinem eandem tolli posse. Nec obscure ipse Oldekopius loco antea allegato hanc quaestionem, quam quidem ab initio negarat, concedere uidetur, quandoquidem *n. 13.* ita pergit: Etsi alicubi locorum talis sit consuetudo uel statutum, appellations in causis criminalibus tollens, nequaquam est extendendum, sed, quantum fieri potest, restrin- gendum.

§. XIX.

Amplius inuestigandum, an prouocatio per statuta aboleri queat? Negant Oldekop. l. c. Klok d. aerario lib. 2. c. 123. n. 43. 44. Mynsing. cent. 1. Obs. 14. Carpzou, in *pr. crim. p. 3. qu. 104. n. 65.* Laut. tit. d. ap-pell. §. 8. Meu. p. 1. dec. 259. n. 11. Martini ad proc. or. 1. S. 1. v.

Sax. tit. X. §. 6. n. 494. & n. 647. & in analectis eiusd. ad n. 494. & 647. aliquae, quos mihi licuit euoluere, multi, atque inter eos quoque, quod mireris, celebris nos-ter Ziegler. d. iurib. maiest. lib. 1. cap. 30. §. 18. Ratio (ri-sum teneatis amici) quia inferioribus non est statuen-di de appellationibus ad superiorē quoad illas pro-hibendas aut coarctandas faculas. Ita Martini *in anal.* l. c. ad n. 647. quo ipso nihil aliud dici videtur, quam: appellations non possunt per statuta prohiberi uel coarctari, quia prohiberi uel coarctari per statuta ne-queunt. Zieglerus ita ratiocinatur: quicquid uergit in praeiudicium superioris, id ab inferiore per statu-tum disponi nequit. Sed hoc ipsum petitio principii esse & maiori demonstratione indigere uidetur. Ne-que Zieglerus l. c. argumentum a pactis huc desum-tum satis remouet.

§. XX.

Non diffitemur itaque rationes, a ICtis hisce addu-etas, citra pulueris iactum ex iis, quae Praeses in Spec. VIII. d. statutis m. I. II. III. IV. proposuit, & ex hoc in primis, quod statuta non tanquam leges, sed tan-quam pacta & conuentiones ualeant, & statuta ciui-tatum municipalium iuri comm. contraria nihilosecius sint firma, conuelli posse. Ipsum enim, appellationis beneficium per legem (§. 17.) est introductum, iam uero cum statuta legibus contraria propterea non sint nulla nec irrita, nec legislatoriae potestati praeiudicium in-ferre censeantur, hinc ipsam appellationem tanquam legem statuto tollere licebit. Transimus igitur in De-cii ap. Gail. lib. 1. Obs. 135. n. 12. allegati, & Martini Mon-teri ap. Klockium de aerario l. 2. c. 123. n. 46. partes, hanc

hanc quaestionem affirmando decidentes. Nec simpliciter Gail. l. 1. Obs. 135. n. 12., ut nonnulli DD. supra allegatorum putant, assentitur, sed solum talia statuta in camera non attendi docet, imo potius dissentit, ut ex indice eiusd. libri apparet. Neque hanc sententiam iuuat O. C. p. 2. tit. 28. §. und dieweil xc. Ibi enim de ordinibus imperii, qui subditos vi ad renunciandum adiungunt, sermo est, ibi: mit Eyd und Pflicht dahin gezwungen, von ihren Urtheilen nicht zu appelliren xc. So wollen wir, daß hinführer keiner gezwungen werden soll xc. quid? quod casus sequens diserte excipitur verbis: es wäre dann, daß einer sich freywillig und ungedrungen vorhin der appellation begeben, oder aber daß er vermod eines rechtmäßigen privilegii seiner Oberkeit oder Richters, auch sonst von Rechts wegen nicht appelliren könnte oder möchte xc. Nec obſt. c. 19. X. d. iurei., ad quod omnes configiunt, quippe ubi diuersissimus casus proponitur. Videlicet iurarunt consules, cum consulatus officium caperent, quod super mutuis & plegariis, i. e. fideiussoriis rebus, uid. du Fresne glossarium mediae & infimae latinitatis uoce: *plegiare*, secundum ciuitatis consuetudinem iudicare uelint, & intra 28. dies, quae iudicauerint, exequi. Quo ipso stultuli isti saluo iuramento se non posse super appellationibus interpolatis deferre existimarent, quasi casus hic non per se exceptus intelligatur. Statuit igitur Pontifex, ut deferatur, quia consules quoque subditos contra consuetudinem possunt agravare, nec praeditum iuramentum eos excusare potest, in quo debet intelligi ius superioris exceptum. Hinc nemo non uidet haud-
quaquam de tali consuetudine, quae ipsam appellatio-
nem

nem tollit, utpote de quo ne uerbum quidem occurrit, sed salem, quando iudex iurauit, sese intra 28. dies, quae iudicauerit, executurum fore, sermonem esse.

§. XXI.

Attramen ipsi legislatori sine dubio liberum erit, tale statutum uel consuetudinem abrogare, imo decernere, ut ne in posterum eiusmodi statuto uel consuetudine prouocandi libertas adimatur uel restringatur. add. Praesidis medit. spec. VIII, d. statutis p. 77. sicuti in generis recentioribus statutis exigi hodie confirmationem Principis monetur ibid.

§. XXII.

Restat denique, ut uideamus, an appellationi renunciare liceat. Et quin hoc paetum ualeat, dubitare nos uerat I. ult. §. ult. C. d. temporib. appellat. quae, quamuis simpliciter & generaliter loquatur, restringitur tamen a Suendend. in processu Fibigiano p. 879. ad eum casum, si fiat lite iam mota, ut adeo ea renuntiatio, quae antea facta, non sufficiat, qui quidem restet iam refutatus est a L. B. a Wernher in Comp. iuris lib. 4. tit. 26. §. 26. Idem obtinet, si quis ante sententiam professus fuerit, se a iudice non prouocaturum, tunc quippe itidem auxilium prouocandi perdidit. I. t. §. 3. A quib. app. non lic. Interim hoc nequaquam ad appellationem in causis criminalibus pertinet, ubi nemo sui corporis membrorumque dominus esse intellegitur. I. 13. pr. ad L. Aquil. add. I. 6. d. appellat. quod s. gillatim de regno Galliae testatur Gothofred. add. I. 6. tit. q. Quemadmodum ergo ipse reus ad corpus

C

omni

omni iusto modo defendendum est obligatus; ita ipsi iudici pro innocentia rei laborare, & si tale quid animaduertat, ex officio reprobare, si quidem grauia defensionis momenta ulterius excutienda adsint, incumbit. Quae in causis criminalibus appellatio cum uariis easque insignes mutationes passa fuerit, & multa notata digna circa istam occurrant, uisus sum mihi, praeprimis ex consilio Praefidis, operae pretium facturus, si in appellationem in causis criminalibus alius inquirat, eam uberioris illustrem & accuratius deducam. Quam rem ut eo magis perspicuum diligamque reddam, in ea pertractanda ita incedam, ut primo, quid iure Rom., deinde quid canonico, tum quid iure antiquo Germanorum, Recessum imperii, extra Sax., in Sax. circa eam obtineat, concinna breuitate ostendam, & sub finem corollaria quaedam annetram.

CAP. II.

QVID IURE CIVILI ROMANO CIRCA APPELLATIONEM IN CAUSIS CRIMINALIBVS OBTINEAT.

§. I.

Iure civili Romano appellationem in causis criminalibus locum habere certum expeditumque est uid. 3. 6. d. appellat. l. 14. l. 30. C. eod. l. 2. C. quor. appell. non recip. Add. l. t. §. ult. nibil innovari appellatione interposita, ubi deciditur quaestio, si quis ex pluribus facinoribus condemnatus, propter quaedam appellauebit, propter quaedam non, utrum differenda poena eius

eius sit, an non? quae hoc modo deciditur: Si grauiora sint crimina, ob quae appellatio interposita est, leuius autem id, propter quod non appellavit; recipienda est omnimodo appellatio & differenda poena: Si vero grauiorem sententiam meruit ex ea specie, ex qua non est appellatum, omnimodo poena imponenda est, quae omnia iisdem verbis repetuntur *in iure can. c. 31. in fin. c. 2. qu. 6.* Quo ipso tam in causis criminalibus maioribus, quam minoribus appellationi locus relinquuntur. Ponamus enim iure Romano prouocationem exulare in causis criminalibus minoribus, cur, quaequo, tunc opus fuisset talem quaestionem proponere, cum, si hoc ita se haberet, decisio sponte appareret, uid. quoque *l. 14. C. d. appellat.* Praeterea in causis ciuilibus leuioribus licita est appellatio, cui tamen rei modus impositus per *Nou. 23. c. 3. Nou. 69. c. 1.*

§. II.

Ampliatur haec doctrina, 1) ut tertio cuicunque prouocare liceat, sive mandato instructus sit, sive non, quod tamen alias, si neque expressum neque praesumtum adsit mandatum, neutiquam licet. *l. 1. d. appellat. recip. uel non l. 2. J. 1. quando appellandum &c.* Restringendum autem hoc merito uidetur ad causas capitales, utpote de quo solo casu *l. 6. d. appellat.* loquitur, quibus Brunnem. ad *l. 29. C. d. appellat.* recte addit poenas corporales. Neque interest, sive tertius appellans sit necessarius, sive non, imo permittitur illud ex iusta causa, quando scil. noua eaque uerisimilia defensionis momenta afferuntur, invito licet & resistente tertio. 2) ut is, qui sententia damnatus est, si pro-

uocauerit, nondum damnatus videatur. Exinde appellationem in criminalibus non vim solum deuelituam, ut loqui amant, sed quoque suspensiua habere manifestum est, quod in appellationibus generatim iuris est per l. 3. C. d. appellat.

§. III.

Varie tamen appellandi haec libertas limitatur, 1) ipso iam digestorum iure non appellant, quos damnatos statim puniri publice interest, quo referuntur insignes latrones, seditionum concitatores, duces factionum l. 16. ff. d. appellat. ita ut permisum sit exequi, deinde scribere sive relationem facere Bericht erstatten l. 6. f. 9. d. in iust. rupt. &c. 2) homicidae, uenefici, malefici, adulteri, itemque, qui manifestam uiolentiam commiserunt, quod ex l. 1. 4. 7. & 14. C. Th. quorum appell. non recip. fere desumptum uidetur. Requiritur tamen, ut sint a) argumenti conuicti β) testibus superati, γ) uoce etiam propria uitium scelusque confessi. Quodsi igitur, qui condemnatus est, non confessus fuerit, aut formidine tormentorum territus contra se aliquid dixerit, quamvis testes produeti, instrumenta prolati aliaque argumenta praestita essent, tamen adhuc recte appellat. 3) Rei falsae monetae. l. 1. C. d. fals. moneta. Engel. in collegio iur. can. lib. 2. tit. 28. n. 26. 4) Raptore uirginum & uiduarum honestarum l. un. pr. in fin. C. d. rapt. uirg. ratio uero ibidem posita, quod raptus non solum ad iniuriam hominum, sed etiam ad ipsius omnipotentis Dii irreuerentiam committatur, opera Theodorae Imperatricis inserta uidetur. 5) Qui vim fecerunt uel facere ten-

tentarunt, ubi caedes commissa est. *l. 6. C. ad L. Iul. d. vii publ.* 6) Officiales iudicium ob delictum in officio commissum condemnati. *l. 3. C. quor. appell. non recip.*, quibus 7) addo reos perduellionis, non autem reos laesae maiestatis indistincte. Vide Bachou. ad Treutl. *Vol. II. disp. 33. tb. III. lit. k.* 8) Non nisi audita omni causa atque discussa appellatur *l. 6. §. 3. C. d. appellat.*, id quod in omni appellatione iure scil. civili Romano obtinet. uid. *l. 7. C. quor. appellat. non recip.* ex quo apparet, tam in ciuilibus, quam criminalibus causis appellationem ab interlocutoria interdictam esse. Ratio est, quia grauamen illatum per subsequentem sententiam tolli uel in ipsa appellationis instantia corrigi potest *l. 36. C. d. appellat.* Hinc si tolli uel corrigi nequeat, quod nostrates ita efferunt, si grauamen irreparabile immineat, appellatio omni iure meritoque permittitur. Exemplum est in *l. 2. d. appellat.*, quam ex parte peruerit Brunn. in *comment. ad eand. leg.* & loco uocis: hoc, in modo dicta lege occurrentis, ponit *n. i. uocem:* aliquid, quam laxiorem significatum recipere palam est. Potest quippe aliquid contra leges fieri, nec tamen grauamen irreparabile inferre. 9) Tantam in criminalibus uim non habet appellatione, ut appellans liberetur custodia & carcere. *l. 6. §. 3. l. 12. C. de appellat.* quod ita intelligendum, si idoneos fideiussiores reus non sifstat, modo & hoc casu crimen, cuius insimulatur, non sit tale, quod neque fideiussoribus committi possit. *l. 3. d. custodia & exhibit. reor.*

§. IV.

Quod si bona simul per sententiam ademta, & quis appellatione interposita diem interea supremum

C 3

obie-

obierit, scilicet metu criminis se non interemerit, sola capitinis causa perimitur, bonorum quaestione remanente per l. 3. C. si pendente appell. &c. Quid si uero bona non quidem abiudicata, sed tamen poena dictata priuationem bonorum secum trahat? placet mihi distinctione Gothofredi ad d. l. 3. lit. i. utrum nominatim ademta, quo casu quaestio bonorum remanet, secus si tacite & per consequentiam. add. l. un. ff. eod. l. ult. C. si reus uel accusator mortuus fuerit.

§. V.

Illud quaeri potest, num appellatio post rem iudicata in criminalibus sit concedenda? Et negandum illud esse existimo, tum quia alias regulariter locum non habet, tum ob l. 2. ff. ult. quando appellandum sit &c. ubi necessariae personae pro eo, qui capite puniri iussus est, secunda die appellandum effedicitur; nulla uero diuersitatis solida reddi poterit ratio, cur non idem de alio quocunque tertio uel ipso condemnato appellante sit sentiendum. Add. l. 29. C. d. appellat. ibi: *Si tempora suffragantur. Consentit Brunnenm. ad d. l. 29. C. n. 4. Diff. Carpz. in Jurispr. P. I. C. 20. Def. 19. n. 3. sed rationem ab eo in contrarium prolatam; grauamen semper durare; admodum infirmam esse iudicamus.* Multo minus post tres conformes, uti a iunt, sententias locum habere arbitrор, partim quoniam post tantum tempus nulla defensionis praesidia superesse facile possunt, partim ob l. un. C. ne licet in una eademque causa tertio provocare &c. ibi: *in quaucunque lite.* Vtriusque casus exceptionem admitto tunc, quando noua defensionis momenta superuenisse probabile redditur.

§. VI.

§. VI.

Denique de poenis iudicium super appellationibus non deferentium quaedam addenda. Per l. 19. C. d. appellat. proconsulibus, comitibus & iis, qui vice praefectorum cognoscunt, arbitraria poena dictari uidetur, ibi: *digno suppicio*, per l. 21. autem C. eod. 30. *pondo auri fisco*, *inferre tenentur iudices ordinarii*, *prouocationem respuentes*, quam poenam officialis quoque incurrit, nisi iudicanti pertinaciter, restiterit, & quid iure sit constitutum, ostendere. d. l. 21. Martini ad O. P. S. tit. 10. n. 648. in ciuilibus cauissimis 30. libr. auri, in criminalibus uero poenam arbitriam obtinere putat, quam differentiam in allegatis legibus ego haud inuenio, neque eam suppeditat Brunnemannus, quem a suis stare partibus falso tradidit idem l. c. Hanc 30. libr. auri poenam ad 10. usque minutam esse iure Nouell. & quidem Nouell. 126. c. 3. contendunt Gothofr. ad d. l. 21. sign. & Brunnem. ad l. 19. C. d. appellat. n. 6. sed res nequaquam est in uado, siquidem ibi accipere iudices appellationem, porro intra 30. dies, postquam oblata fuit appellatio, acta cum propria subscriptione litigatoribus praebere iubentur, & si hoc, posterius scilicet, facere iudex supercederit, poena 10. libr. auri eidem dictatur, id quod uel ex ipso connectendi ordine patet. Ita quoque Nouellam hanc explicat Ludouici in comp. Nou., ubi, quod obiter attingam, quotiescumque per iudicem stat, quo minus aliquid expediatur in termino praefixo, terminum regulariter labi non solere, nec motram judicis parti praiejudicium afferre, moner, adeo, ut doctrina Nou. 126. c. 3. quod sententia tunc nihilose-

ciosus

cius temporis decursu confirmetur, non obserue-
tur.

CAP. III.

DE

APPELLATIONE IVRIS CANO- NICI IN CAVSIS CRIMINA- LIBVS.

§. I.

Appellandi licentiae pontifices valde laxarunt ha-
benas, tantum abest, ut eam represserint. Cau-
sam huius rei exhibent & acriter perstringunt. Ziegli.
ad Lancellot. lib. 1. tit. 5. §. 2. uoce : *sedem apostolicam*,
& *lib. 3. tit. 17. §. 14.* uoce : *sue quod omisso medio p. 878.*
Boehm. *in inre eccles. lib. 1. tit. 29. §. 3. seqq. & lib. 2. tit.*
28. §. 1. & 8. Fleischerus, Titius & alii. Quae pluri-
bus isti tradidere, in pauca contraham. Dicunt eam
esse uanam & nimiam paparum prae sumptionem, ap-
pellationes ad sedem suam ab uniuersis in toto terra-
rum orbe ecclesiis fieri debere, ut, facultate appellan-
di dilatata, eo copiosior ad aulam Romanam esset re-
cursus, & pontificis Romani iurisdictio in omnem ter-
ram stabiliretur, quid multis? ut summa rerum poti-
retur, homines auro argentoque posset emungere,
& omnia ab ipsis penderent arbitrio. Digna, quae
memorentur, sunt uerba Conradi Vrspurgensis a Con-
ringio *in exercit. acad. de iudiciis reipubl. germ. § 70. p. 287.*
prolata : *Gaudie mater nostra Roma, quoniam*
aperiuntur catarractae thesaurorum in terra, ut
ad

ad te confluant riui & aggeres nummorum in magna copia. Laetare super iniuitate filiorum hominum, quoniam in recompensationem tantorum malorum datur tibi pretium. &c. &c.

§. II.

In primis notari meretur, ad pontificem omisso omni intermedio iudice appellari posse, quod alioqui non est permisum c. 66. X. d. *appellar.* A iudice uero ciuili ad papam non appellatur, nisi quis temporali eiusdem iurisdictioni subiectus sit c. 7. uersu: denique *X. de appellat.*, ubi miratur Ziegl. *ad Lancellot. lib. 3. tit. 17. §. 17.* has sibi pontificem partes non vindicare. Adiicit tamen *d. c. 7.* de consuetudine illud teneare. Et postea pontifices nimium sese ingessisse conqueruntur Germani in centum grauaminibus nat. German., in comitiis Norimbergenibus Nuncio Apostolico propositis, *grau. 9. 10. 11. & 12.* quae uid. ap. Schilterum *de libert. eccles. germ. p. 865. seqq.*

§. III.

Ab initio autem Pontifices Romani, cum aperte in iurisdictionem secularem inuolare uel noluisserent, uel commode non potuissent, excogitarunt modum, quo in omnibus fere christianorum actionibus arbitri & moderatores esse possent, denunciationem uidelicet euangelicam, quam praecipue callidus pontifex Innocentius III. stabiliiuit, & nos per extraordinarium remedium, quo is, qui se ab altero quoconque laesum arbitratur, pontificis auxilium implorat, & ut alteri satisfactionem imponat & poenitentiam sub poena excommunicationis petit, de-

D scribi-

scribimus, cuius sedes est in c. 13. X. d. iudic. Et locum ea habet etiam aduersus reges, uti excit. c. 13. manifestum redditur, multo magis ergo contra leges & facta iudicium iniusta, uti docet Thomasius in diff. d. iſu práctico denunc. euang. §. 38. lit. b. Per hanc igitur denunciationem res quoque iudicatas rescindi posse ac peti, Denunciaten durch gebührenden Kirchen-Zwang darzu anzuhalten, daß er seine schwere Sünde bereue, und mir die durch Urrel abgesprochene 500. Rthlr. bezahlen müsse; tradit Boehm. in Schilt. illustr. lib. 1. tit. 5. membr. 24. f. 9. p. 99., quia laedens non potest agere seriam poenitentiam & remitti eidem peccatum, nisi satisfaciat laeso & sic per indirectum condemnatur ad soluendum iuxta Augustinianum illud effatum: *non remittitur peccatum, nisi restituatur ablatum.* Sic mercatorem, qui iusto carius merces uendit, concessa dilatione ad soluendum, non quidem iure ciuili, sed per denunciationem euangelicam compelli posse ad edendos rationum libros & restituentum iniuste acceptum canonistae statuunt, quem casum habet Schilterus in Exerc. ad ff. exerc. VII. f. 35. Latius hanc rem exposuit Thomasius in d. differt. grauiterque depinxit Titius in der Probe des geistlichen Rechts, l. 1. c. 6. f. 50. seqq., altius uero solidiusque excusat Boehm. in iure eccles. lib. 2. tit. 2. f. 5. seqq., ubi Thomasium tam pauca de usu eius hodierno penes pontificios inferuisse miror, qui tamen praecipuus dissertationis Thomasianae scopus esse debebat. Conring. in Exercitat. academ. pag. 299. exercitat. VI. f. 80. an cum aliis, inquit, melius hodie agatur haud facile dixero. Etenim certum est, etiam ipsi
16101
 Spi-

*Spirensi, nunc Wezlaensi, iudicio hodieque ist-
hoc modo molestiam facessere & episcoporum
officiales, & pontificios cum conseruatores tum
nuncios & legatos. Ut proinde ne hoc qui-
dem satis constanter in republica Germanica
nunc sit constitutum.* Add. Rec. Imp. d. a. 1654. §. 164.
ibi: wegen Vornehmung der appellationen und recur-
sen von den officialibus ad pontificem und die nuncios
entstehen, indem man sich derselben fast von allen Ur-
teilen, es betreffe gleich civil- oder profan- Sachen, bei-
dienet, die iurisdictiones wieder die Ordnung con-
fondiret, die civil Sachen außerhalb des Reichs zu
fremden Gerichten gezogen, und die Partheyen,
mit Verspaltung vieler Zeit und Unkosten umgetrie-
ben werden. re. Add. capit. Leopoldi art. 19. Iosephi art.
18. & Caroli V I. art. 14.

§. IV.

Quapropter appellationem in criminalibus nec iure
canonico sublatam esse, haud difficulter mente
praecepi potest. Clare potius ea permittitur in c. 20.
31. c. 2. qu. 6. in causis quoque leuioribus, quod de cri-
minalibus aequae, ac ciuilibus accipiendum ob c. u. X.
d. appellat. generaliter statuens, etiam raptor & vio-
lento detentori rei alienae, nisi sit manifestus raptor
uel fornicator, sicut & illi, qui absens & irrequisitus
excommunicatus est, c. 5. X. d. appell. adeo ut ii, a qui-
bus clericis vulneratos se uel alias laesos queruntur,
nec non, qui manus violentas in clericos iniiciunt, al-
teriusue uxorem detinent, nisi ubique notorietas ad-
sit, recte appellant, c. 13. & 14. X. d. appellat, ubi tamen

multa dici notoria, quae non sunt, monetur & interdicitur, ne, quod dubium est, pro notorio habeatur. Valide appellatur indistincte tam ante quam post sententiam definitiuvam, sive causa sit ciuilis sive criminialis c. 18. c. 2. qu. 6. etiam extra judicialiter c. 5. 8. 12. 47. 51. & 54. 60. X. de appellat. clem. 3. eod. c. 1. X. d. dilat. c. 7. X. d. testib. c. 19. X. d. iudic. Temperatum tamen id quodammodo fuit in concilio Tridentino, Sess. XXIV. d. reform. c. 20. &, ne appellatio in posterum recipiatur ab interlocutoria, nisi definitiuae vim habente & cuius grauamen per appellationem a definitiua reparari nequeat, conuentum. Imo factio ad pontificem appellatum esse sufficit c. 9. X. d. appellat. ita ut plus sit factio prouocare, quam uerbo c. 52. X. eod. Exemplum, quando nempe iter ad sedem apostolicam arripitur, habetur ibidem.

§. V.

Generatim autem in delictis notoriis iure canonum non admittenda appellatio c. 13. 14. 32. X. d. appellat. c. 61. X. eod. c. 3. uersu: si autem &c. eod. in 60. c. ult. uersu: nullus etiam c. 2. qu. 6. Quid notorium sit, explicat c. 61. uersu: porro commonito &c. X. d. appellat. nempe si quidevidentia rei uel confessione delinquentis aut alio modo legitimo fuerit manifestum. Zieg. vero ad Lancel. lib. 3. tit. 17. §. 14. noce: si super notorio crimen p. 878. notorium uocat, quod palam & inspetante populo uel in conspectu iudicis & circumstantis coronaee perpetratum est. 2) Excommunicationis sententia per appellationem postea interpositam haud suspenditur c. 8. X. d. offic. iud. ordin. c. 38. X. d. appellat. c. 53. uersu: uerum quia &c. X. eod. c. 20. in fin. d. sentent.

ex-

excomm. Idem constitutum in capitularibus Francorum c. 42. 1.5. Sententia vero debet esse pura. Itaque si a sententia suspensionis, excommunicationis uel interdicti, sub conditione lata, ante conditionis eventum fuerit prouocatum, prouocatio, quo minus eiusmodi sententia vires consequatur, obstat, c. 40. X. d. appellat. Absoluti posunt excommunicati, si offendant se ad iustitiam, uel irrationabiliter excommunicatos se uel interdicto suppositos esse querantur, cautione tamen ab ipsis praestita, quod uel coram pontifice uel eius delegato iuris parere uelint aequitati; ita ut appellatio: ne absoluatur, sive a parte aduersa sive ab ipso, qui sententiam excommunicationis tulit, iudice facta haud quaquam attendenda ueniat. c. 25. X. d. appellat. Attamen si quis ob hoc, quod clericum percussit, uel eum depexum dederit, fuerit excommunicatus, a solo pontifice, nisi iusto impedimentoo e. gr. morbo &c. obstante, eximi potest. c. 11. & 58. X. d. sens. excomm. ita tamen, ut postea impedimento cessante ad apostolicam sedem accedat. dd. cc. 3) Qui a sententia papae ad futurum generale concilium prouocant, excommunicationis fulmine percelluntur ex ea ratione, quod concilium sit infra pontificem. uid. Bulla coenae domini casu 2. Engel in collegio iur. can. lib. 2. iii. 28. n. 20. p. 466. 4) A correctione & coercione praepositorum ecclesiasticorum appellare non licet c. 12. & 13. X. d. off. iud. ord. c. 3. 26. 31. X. d. appellat. Exceptus casus necessitatis, ita tamen, ut tunc terminus ad prosequendam appellationem praefigatur, intra quem si forte prosequi neglexerit, episcopus libere auctoritate sua uititur d. c. 26. Vnde esse dicit Boehm. in iure eccl. lib. 2. iii. 28. §. 25. p. 1446. quod in foris

academicis in huiusmodi causis, quae disciplinam academicam concernunt, appellatio nullus relinquatur locus. Aliter, infirmioribus licet argumentis, sentit Meu. *in dec. p. VI. dec. 221.* 5) Appellans in causa capitali uel status per se ipsum agere debet, non per exploratores i. e. procuratores. *c. pen. 2. qu. 6.* 6) Haereticci non appellant. *c. 48. d. haeret. in 6to.*

CAP. IV.

QVID IVRE PRISCORVM GERMANORVM AC RECESSVVM IMPERII
CIRCA APPELLATIONEM IN CAV-
SIS CRIMINALIBVS OBTI-
NEAT.

§. I.

Reuertor iam ad patria limina, ubi quidem esse, qui nimium antiquis Germanorum moribus & consuetudinibus delectantur, & propter hanc uoluptatem alia omnia fastidiunt, ualde mirum mihi uideatur. Verum hi aut in interiores jurisprudentiae aditus haud penetrarunt, aut coeco peregrinorum iuriuim odio abrepti tale iudicium ferunt. Enim uero quis non contemnat barbaricos priscorum Germanorum mores de seruis impune occidendis? quis non auersetur eos, quibus iners uidebatur sudore acquirere, quod possis sanguine parare, quique plus temporis per otium transegerunt, dediti somno ciboque? quis non abhorreat rixas caede & uulneribus transfigi solitas? Caeterum hisce positstantum abest, omnia ueterum Germanorum ut damnemus facta & insti-
tuta

tuta, ut eos Romanis compluribus antecessisse virtutibus adseueremus, quod nec Tacitus diffiteri potest. Hoc igitur solum, nos non omnia, quae maiores fecere, superstitiose approbare & laudibus efferre, significamus.

§. II.

Quis uero prouocationis in causis criminalibus per nos Germanos aeuo Caesaris Tacitiique fuerit usus, ii non expresse definiunt. Sleuogt in *diff. de iure recipiendi prouocationes ex superiorit. territ. oriundo cap. 2.* §. 4. uix esse, inquit, ut asseri possit, receptas apud istos fuisse appellations. Nec possumus inficias ire, si perpendamus eorum simplicitatem, auri argenti que inopiam, usum litterarum deficientem, & quod Tacitus dicit: plus ibi valere bonos mores, quam alibi bonas leges, exiguum ad minimum eius usum fuisse. Imo ueteres Germanos odio habuisse litium farensum strepitum & molestias, merito conicicitar ex Floro lib. 4. cap. 12. ubi inter alia de Vari clade scribit: *nibil insultatione barbarorum intolerantius, praecipue tamen in causarum patronos. His oculos, aliis manus amputabant, unius os futum, recisa prius lingua, quam in manu tenens barbarus, tandem, inquit, uipera sibilare desistet.* Interim omnem prouocationis usum defuisse non affirmauerim. Habuerunt certe populi quidam Germaniae suos reges, habuerunt principes, quibus comites adiuncti. Vix autem uerisimile uidetur, principes regesue semper ius dixisse; quod igitur hi, si ipsi non iudicauerint, sed faltem comites, rem nondum

dum per sententiam pacatam ad se deferri non fuerint passi, haud facile crediderim.

§. III.

Postea appellationis in causis criminalibus usum fuisse liquet ex capitularibus Francorum, ubi alia inter de homicidis, maleficiis, ueneficis conuictis appellare uolentibus non audiendis lib. VII. capit. CXXIX. legimus: *in ciuilibus causis & leuioribus criminalibus legibus dilatio praestanda est: homicidae, adulteri, malefici conuicti, si appellare uoluerint, non audiantur.* Populo autem ad ipsum regem prouocare non facile licuit: Sic enim *in addit. l. 4. capit. cauum: populo autem dicatur, ut caueat de aliis causis ad nos reclamare, nisi de quibus aut missi nostri aut comites eis iusticias facere no-* luerint.

§. IV.

Successu temporis uarii inualuerunt mores. Hinc famosum estiudicium Vehmicum, de quo Chytraeus in Sax. lib. 3. apud Schottelium de singularibus quibusdam & antiquis in germania iuribus & obseruatis cap. XXIX. p. 56, ita: *Instituit autem clandestina iudicia Carolus M. sapienti deliberatione & grauibus causis adductus. Cum enim gens Westphalica amans libertatis, iugum imperii aegre ferret & nihil non moliretur, ut ex causa episcoporum & regum Romanorum dominatione, pristi-*

pristimum libertatis decus reciperet: Carolus M. aliquot viros honestos, sapientes & industrios secreto delegit, eosque bac potentia armavit, ut, quoscumque certo cognoscerent & deprehenderent rerum nouarum & moliendae turbationis imperii, aut seditionis cupidos & auctores esse, sine longiore disputatione multarent &c. ex quibus omnem ab hoc iudicio prouocationem exterminatam fuisse colligo. In eo uero, quod hoc iudicium Carolum M. auctorem agnoscat, Chytraeo contradicit Conring. *in exercit. acad. exercit.* VI. §. 40. p. 250. & barbarum illud uocat.

§. V.

Ius Alemannicum admittit appellations in causis etiam capitalibus, sed cum hac restrictione, ne ultra tres instantias procedi appellando possit. Quartam igitur in criminalibus quoque dari posse negat. cap. 138. & cap. 143. Fridericus I. Imperator in comitiis ad Roncalias habitis A. C. 1158. inter alia quoque de lictibus appellationum componendis constituit, ut in singulis dioecesibus iudices ordinarentur, non ex ipsa dioecesi, ne gratia aut odio corrumperetur iudicium, sed aut ex illo ipso conuentu, aut ex aliis ciuitatibus editi, eisque summum de omnibus rebus statuendi arbitrium dedit, quae omnia, in hoc spacio recentita, habet, Schilt. *in Appendice exercit. XLIX. d. appellat.* §. 4. Ius uero Saxonicum nullam appellandi in criminalibus facultatem concedere uidetur. vid. Land-R. art. 12. ibi: *wird ein Mann gesangen umb Un-*
E *gericht,*

gericht, und vor Gericht bracht, er mag kein Urteill schelten. Et glossa ibid: Und diß ist darumb, das man sich vornützet, daß ehr den Leyb damit fristen wolte.

§. VI.

Iuribus Imperii appellationem in causis criminalibus ad camerae iudicium cessare, sive status gaudent privilegio de non appellando sive non, dubitandum haud est ob Rec. Imp. d. a. 1530. f. 95. Item als jetzt etliche Zeit her re. Ord. cam. p. 2. tit. 22. ibi: allein malefiz Sachen ausgenommen. tit. 28. §. 5. Item nachdem auch re. Idem in appellationibus, circa criminalia ad iudicium Imperii aulicum interpositis, obtinet. Martini in analect. ad O. P. S. tit. X. ad n. 333. & 335. Minime uero quaecunque causae criminales, id est, interesse publicum concernentes & ad poenam publicam tendentes, sed afflitionam duntaxat corporis poenam inferentes intelliguntur. d. Ord. cam. p. 2. tit. 28. §. 5. ibi: ordnen und wollen wir, daß bishüter in peinlichen Sachen, die Leib-Straff auf ihnen tragen re. Ex quo textu reliqui explicandi. Contentit Blum. in proc. cam. tit. 43. §. 2. seqq. & §. 7. reliquae, inquit, caussae criminales in camera quotidie disceptantur, ac propterea in §. 10. cautelam commendat, ut supplicans pro obtinendis appellationis processibus hisce utatur verbis: daß zwar peinlich, doch nicht leibsträflich geplagt und procediret sey. Et apud Saxones in primis uoce: peinlich, denotari id, quod corpus afficit & affligit, manifestum est ex LandR. lib. 3. art. 3. gloss. ibi: des salt du wissen, was an

an den Leib oder an den gesundt gehet, das heist peyn, und was also one Pfennig odder gelt geet, das heist gewett oder Buß ic. add. L. B. a Wernher in Sel. Obs. for. Vol. IV. Obs. 203. Menck. in processu iuris comm. & Saxon. Elec. disp. prooem. II. §. 1. & 2. Ethaec in tantum procedunt, ut, quamvis poena corporis afflictiua in pecuniarium fuerit mutata, nihilosecius appellari haud possit Laut. §. 4. d. appellat. recip. Blum. in proc. cam. tit. 43. §. 7. & 11. Propterea enim quod princeps aliasue magistratus eatenus ex gratia cui-dam remisit poenam & condonauit delictum, ille, quod sibi ex gratia concessum, in odium concedentis detorquere haud debet.

§. VII.

Liquet ex iis, quae hoc usque in medium protulimus, omnem ad cameram appellationem, quae poenam corporis afflictiua concernit, prohibitam, adeoque non distinguendum esse, siue processus sit accusatorius siue inquisitorius. Idem generatim obtinet, quando, qui criminis est delatus, absolutus contra deferentem super iniuriis, damno & expensis coram eodem iudice criminali uicissim agit, & deinde deferens condemnatus prouocat. Ord. crim. art. 12. in fin.

§. VIII.

Verumtamen licita est prouocatio seu potius querela nullitatis ad cameram in casu nullitatis notoriae, per iudicem siue magistratum Imperio immediate subiectum admissae, ita tamen, ut eademi causa ad ordinarium iudicem remittatur, eique, ut rite pro-

E 2

cedat,

cedat, praecipiatur. *O. Cam. p. 2. tit. 28. §. 5.* Vnde in camera Wezlarensi saepius pro mandato de legitime iuxta const. carol. procedendo, auscultandis testibus, & publicandis testimoniis &c. supplicatur, cuius supplicationis formulam exhibet Blum. *in supplicat. camer. p. 414.*, eumque in finem mandata S. C. emittuntur. add. Ludolff. *in appendice iuris cam. p. 342. n. 31. & 390. n. 156.* Quid si uero status imperii quidam leges ordinationi criminali contrarias ferat? putamus hoc ipsi liberum esse, dummodo ipsi rectae rationi non aduersentur, id quod & d. O. Cam. uelle uidetur *p. 2. tit. 28. §. 5.* sein unerfordert und unerhört, und also nichtiglich, oder sonst wieder natürliche Billigkeit wieder ihn procedirt, gehandelt und geurtheilt re. Hisce itaque querelam denegatae iustitiae merito addimut.

§. IX.

Praeter eam, quam modo afferebamus exceptionem, in ipsa ordinatione camerale contentam, limitat istam regulam Laut. *in coll. pract. tie. d. appellat. recipiend. §. 4.* dicendo 1) ad cameram posse prouocari, si tertius in causa criminali forte ratione iurisdictionis interueniendo appellat, uel si 2) de competentia iudicis disputetur. Verum minus accuratus fuit Lauterbachius. Quamuis enim si tertius appellat, uel de competentia iudicis disputatur, a camera appellatio recipiatur, hoc tamen non sit propterea, quoniam causa est criminalis, sed quoniam lis de iurisdictione uenitatur. Super hac igitur iudicat camera, non super ipsa causa criminali, ubi si uerendum, ne interea reus morte alioue modo debitam effugiat poenam, illi, qui in possessione.

sessione iurisdictionis constitutus est, inquisitionem & executionem mandari conuenit, praeprimis si alter nullum possessionis actum pro se allegare possit, vel de iure ac proprietate litiger, quandoquidem petitum instituendo alterius possessionem fateri censemur. Idem de tercia limitatione, quam suggestit Lauterb. *i.e.* si dubitatur, utrum causa respectu sententiae & ueritatis sit criminalis, statuendum, ubi sola haec quaestio inuestiganda, eaque inuestigata & terminata, causa remittenda. Praeterea hoc iis in locis, ubi priuilegium de non appellando adest, cessare extra controversiam est. Caetera, quae habet Laut. *i.e.* respiciunt causas criminales, quae non per modum appellationis, sed simplicis querelae, ut loquuntur, ad camerae iudicium trahuntur.

CAP. V.

**QVID SIGILLATIM EXTRA SAXONIAM CIRCA APPELLATIONEM
IN CAVSIS CRIMINALIBVS
RECEPTVM SIT.**

§. I.

Non extra Saxoniam solum, sed in Saxonia quoque admittendam esse prouocationem in causis criminalibus, operose contendit Oldekopius in peculiari tractatu hac de materia edito, tanto suae opinio-
nis amore captus, ut *contrarium Gailii & Myn-*
singeri sententiam euidentem & perniciosum
errorem, tantis uiris indignum, appellat

p. 13. n. 31. , quin p. 31. n. 73. Talem consuetudinem neque esse posse , neque debere , & improbam esse , quae neque apud Deum neque apud hominem ullam excusationem mereatur , dicat iudicibus uero inferioribus , in criminalibus causis iudicantibus , nunc p. 41. n. 90. plebeiorum & mechanicorum scribarum , praefectorum parum doctorum , tyronum , terrae filiorum , Pfesser-Säcke , nouorum hominum , nunc p. 50. n. 109. maleuolorum & imperitorum latrunculatorum praeconia tribuat , & quae plura sunt horum similia .

§. II.

At iis non obstantibus , quando utriusque & Romani & hodierni processus , speciatim criminalis , diuersam ubique fere naturam & indolem & alia accuratius consideramus , longe fortiora , quae pro Gaiio & Mynsingero faciunt , argumenta deprehendimus , adeoque in contraria Oldekopio sententia perstare non dubitamus . Iure Romano causee ciuiles triennio , criminales biennio , o quantam istorum temporum felicitatem ! finiebantur l. 13. pr. & §. i. C. d. iudic. , hodie multo aliter se res habet , & quibusdam in locis extra Saxoniam processus tantum non immortales sunt . Centies ergo ante reus moreretur , quam uel semel dignas daret poenas . Iure Romano ut plurimum accumulatorie in delictis iudicia instituta fuerant , hodie saepissime iudex ex officio uel ad solam alterius denunciationem inquirit . Iure Romano accusatoribus , quando reum criminis conuicerant , laudi ducebatur

batur, & praemia insuper erant constituta, hodie nihil accipit accusator & nisi bene sibi praecaueat, diligenterque prius de modo probandi circumspiciat, premium ob stultitiam fert. Iudex superiori gaudens iurisdictione solus expensas in se recipere necessum habet. Hic igitur, si item omnem in secunda quoque instantia suis sumtibus continuare, uel ad minimum alimenta aliaque reo, plurimi quippe delinquentium pauperes sunt, porro praebere cogatur, statim ab initio inquisitione non raro abstinebit, ac publicum interesse, quod inquirere in delicta eademque impune haud perpetrari iubet, parum curabit. Iure Romano ipse iudex iudicabat, moribus uero & secundum Ord. Crim. acta ad conuentum prudentum transmittuntur, & noua deinde exhibita defensione atque ulteriori deduictione, denuo sunt transmittenda, quo casu eueniente ad aliud collegium alegari possunt.

§. III.

Quibus cunctis ea, qua par est, mentis trutina examinatis, qui quis fatebitur, eorum, qui appellacionem in causis criminalibus a iudiciis Germanorum exterminant, sententiam conuenientiorem instituitis Germanorum videri, cui & ipse Rec. Imp. d. a. 1630. f. 29. Item als jetzt etsliche Zeit her von peinlichen Sachen vielfältig an unser Kaiserlich Cammer Gericht appellirt, auch dieselbe appellation angenommen, darauf proceß erkannt und rechtlich gehandelt worden, und solches dem alten hergebrachten Gebrauch im S. Reich zuwider: So setzen und ordnen wir, daß hinsichter in peinlichen Sachen keine appellation ange nommen, sondern damit nach altem Gebrauch gehalten

ten werden soll assentitur. Add. Ord. cam. p. 2. tit. 28.
 §. 5. ubi eadem propemodum repetuntur. Frustra
 hoc argumentum uelicit Oldekopius p. 3. dicitque,
 adductos textus de appellationibus ad cameram, non
 ad aliud sive inferius tribunal interpositis accipiendo
 esse. Quomodo enim, quaeſo, ille camerae imperia-
 lis, si de hoc eſſet intelligendus, mos antiquus & in-
 ueteratus dici potuifſer, cum illud camerae iudicium
 sub finem ſeculi XV. demum inſtitutum, Recessus au-
 tem, de quo ſupra mentionem fecimus, a. 1530. adeo-
 que ſeculo iam XVI. conditus fuerit. Ad haec diſer-
 te in hoc Recessu dicitur, haſtenus per quoddam tem-
 poris ſpatium in criminalibus ad cameram prouocatum,
 &, ſuper prouocatione delatum fuiffe, ita ut hic came-
 rae imperialis mos tanto magis dubius fuifſet uixque
 talis nominari potuifſer, imo iudicem & aſſeffores ca-
 merae iis ipſis temporibus, quibus tribunal camera-
 le erectum fuit, iuri Romano, quod in Germania iam
 maxime floruit, & quod, uti ſupra in cap. 2. late oſten-
 dimus, in cauſis criminalibus appellationem concedit,
 maluiffe inhaerere ſit uerimile. Praeterea, ut ordi-
 natio cameralis in iudiciis imperii inferioribus obſer-
 uetur, ſancitum per Rec. Imp. nouiff. ſ. 137.

§. IV.

Nec obſtat argumentatio Oldekopii p. 6. a rubrica
 tit. 28. ordin. cam. p. 2. von welchen Richtern, in
 was Sachen und von welchen Urtheilen an das Ray-
 serl. Cammer: Gericht appelliret werden soll oder
 nicht. Nigrum enim poſſe continere plura, quam
 rubrum, haud quaquam refragatur, quin quotidie ui-
 demus. Secundum ſuae opinionis praefidium Oldek.
 p. 6.

p. 6. ex ipsa ratione *iur. 28.*, quare nimirum appellatio-
nes ad cameram in causis sanguinis prohibitae sint, de-
sumit. Dicit *eam esse multititudinem causarum*
in summo isto tribunali, processus prolixitatem
ac inde periculum interuenientis mortis uel fu-
guae reorum, exinde non raram delictorum im-
punitatem, id quod & Hertio arridet, qui in comment.
& opusc. Vol. 1. Tom. 2. p. 263. positas rationes diuer-
suum suadere dicit; Nam regiones Germanicas
magna ex parte modicas esse, ut protelationis
nimiae metus cefset. Nihilosecius plus satis con-
stat, quam longus quamque diuernus in multis Ger-
maniae locis sit procedendi modus, adeo ut mors uel
fuga rei in vinculis haerentis omnino timenda sit. De-
inde quamvis multorum imperii statuum ditiones exi-
guuae sint, sat amplae tamen aliorum extant, qui splen-
dore ac potentia aliquot Europae reges antecedunt.
Reliqua Oldekopii argumenta: scilicet *consuetudi-*
ne appellationem tolli haud posse, non esse ueri-
simile Principes Imperii iuri suo superioritatis
renunciare uoluisse, saepenumero dictam appella-
tionis in causis criminalibus prohibitionem si
extendatur ad reliqua inferiora principum iu-
dicia immumera mala parere, partim iam supra
fuit refutata & ipsis rerum argumentis ac experien-
tia quotidiana refutantur, partim tanti esse non uiden-
tur, ut diutius iis refellendis immorer. Consentit no-
bis licet aegre Stryk. in *Vol. VII. dissert. Hallens. d. ap-*

pellatione illicira cap. 3. §. 15. Consentunt Treutlerus, Wesenb. Besoldus & Beustus, Menius, L. B. a Wernher, Menckenius, Wissenbachius, Lauterbachius, Engelius, Struuius, Mullerus, Bergerus, qui tamen in *Supplum. ad El. iurispr. crim. p. 255.* sibi ipse contradicit & contrarias amplectitur partes, aliquae, quos fere omnes euolui & legi.

§. V.

Interim, quando diximus, appellationem in causis criminalibus extra Sax. regulariter cessare, hoc de iis tantum poenis, quae corpus affligunt, accipi, bene notandum est, nisi aliud lege uel consuetudine speciali dispositum reperiatur. Laut. in *colleg. pract. §. 5. tit. d. appellat. recipiend. Wissenb. in exercit. ad x. disp. 38. tb. 5.* Neque in causis militum criminalibus admitti prouocationes docet Lunig. *in corpore iuris milit. p. 1435.* ubi sub uoce peinlich putat poenas comprehendendi, die an Ehre, Leib und Leben gehen. Et eadem, siue processus sit accusatorius, siue inquisitorius, obtinere arbitramur.

§. VI.

Ea, quae haec tenus enarrauimus, speciatim in tribunali Vismariensi, curiis prouincialibus Pomeranici & Monasteriensi in usu esse habet Martini *in comment. ad O. P. S. tit. X. n. 340.* Ipsa harum constitucionum uerba excerptit Ludouici *in der Einl. zum peinlichen Proces cap. XI. §. 10, 11, 12.* Contrarium uero in Bohemia & ducatu Magdeburgensi introductum esse

esse perhibet Martini l. c. n. 344. & in annal. ad eund. num. In terris Brunsuicensibus causas criminales, poemam corporis afflitiuam & confiscationem omnium bonorum concernentes, in curiis prouincialibus nec per viam simplicis querelae, nec per viam appellatio-
nis agitari, patet ex ord. cur. prou. Cell. p. 2. tit. 1. §. 2.
Ord. cur. prou. Brunsuic. d. a. 1643. tit. 2. §. 1. Idem de
ducatu Wurtembergico testatur Laut. in coll. theoreti-
co pract. §. 5. tit. d. appellat. recipiend. ita ut nec a multa
prouocari possit.

§. VII.

Quin Couarruias in pract. quaeſt. cap. 23. n. 5. in fin. dicit, usum forensem apud Hispanos, quid? quod in toto fere orbe christiano haſtenus obtinuisse, ut in criminalibus, quoties corporalis poena infligenda est, appellatio minime admittatur ad executionem im-
pediemadam. Neque in curia Neapolitana prouoca-
tiones in causis delictorum recipi tradit Carrauit. ap.
Mollerum in ſemestr. lib. 4. cap. 33. n. 11.

CAP. VI.

QVID IVRIS SIT IN SAXONIAE ELECTORATV CIRCA APPELLA- TIONEM IN CRIMINALIBVS CAVSIS.

§. I.

Appellationem in causis criminalibus in Saxonia
Electoral non attendi non modo ex iis, quae in
F 2 supe-

superiori capite scripsimus, colligi, sed ex ipsis etiam legibus Saxonis probatum dari potest. Pertinet
huc Sereniss. Et. Christiani II. ordin. appellat. s. t. wer vor
unser Appellation Gerichte geladen ic. §. Und mögen
demnach ic. ibi: jedoch allein was bürgliche Sachen
seyn, denn so viel die peinliche Sachen anlanget weil
es bishero nicht bräuchlich gewesen, daß in unserm
Appellation-Gerichte in denenselben erkannt, so las-
sen wir es darben bewenden ic. Neque in curiis pro-
vincialibus Vitembergenibus prouocationes ob cau-
sas criminales factae recipiuntur. vid. Wittenberg.
Hoff-Gerichts-Ordn. §. wiewohl wir berichtet ic. ibi:
daß man sich in diesem Gerichte nicht alleine inner-
sondern auch außerhalb Landes peinlichen Sachen
zu erkennen enthalten sollte ic. d. a. 1588. in C. A. T. I.
p. 1349. Idem de Lipsiensibus testatur Carpz. in resp.
lib. 3. resp. 128. n. u. Add. das Dixpoldiswaldische Mand.
sub n. IX. §. 7. ibi: derer nichtigen und unerhebli-
chen Appellationen ic. Idem censemus, quando e.
gr. subditus nobilis Amtssassii a domino iurisdictionali
in causis delictorum ad praefectum (Antmann) pro-
uocat.

§. II.

Haec adeo sunt clara, ut contra nemo, quod sciam,
recentiorum ICtorum Saxoniorum dubium mo-
uerit. Nec ipse Oldekopius in tr. peculiari de ap-
pellatione in causis criminal, eadem negare audet. uid.
p. 25. Hoc saltem addit: Quemadmodum ad alios
Germaniae Duces & Principes eorumque consilium
auli-

aulicum sive cancellariam, quam vulgariter vocant, causae criminales deuoluuntur, & sub poena iuris recipi debent: ita, idem quo minus in Saxonia fieri possit, nihil obstat. Non multis iam differemus de hac consuetudine aliorum Germaniae locorum, quam nondum probauit Oldek., nec de consequentia huius rationis, hoc duntaxat ponentes, a Senatu appellatum Saxonico ulterius appellandi nullam patere viam, vid. *supra allegatum ordin. iudicii appellat. tit.* Wer vor unser Appellation Gericht geladen ic. §. Und weil von dannen nicht weiter appelliret werden kan ic, adeoque cum ad huncce senatum in eiusmodi causis haud possit prouocari, ad alium & ulteriorem locum regulariter quoque nequaquam posse appellari.

§. III.

Attamen hoc introductum est, ut, si prouocetur in causa criminali, ab inferiori iudice hac de re referendum sit ad regimen Electorale, quod diserte sanctum per Appellations- Patent d. a. 1670. & Dippoldiswald. Mand. sub n. IX. §. 7. ibi: ohne Unterscheid sowohl inquisition als civil- und Policey- auch Innungssachen. Hinc Straussius in diff. d. appellatio- nib. extraiud. tb. 17. si Serenissimus, inquit, *fraudes* & *nullitates iudicis a quo, circa processum inquisitionis commissas, quae alias etiam in causis inappellabilibus appellacioni locum facere causamque deuoluere solent, animaduertit, plerumque*

F 3

que

que ab illustri regimine eam alii committi nec
ad priorem iudicem remitti uidemus &c.
quod nos aequissimum esse, imo semper, quo-
ties contra iudicem graues afferri possunt suspic-
ciones, iure meritoque fieri, vel ad minimum alium,
qui omnibus actibus intersit & cuncta accuratissime
explorebat, adiungendum esse arbitramur.

§. IV.

Num uero prouocationi, in causis criminalibus ita
factae, iuxta cit. Mandat. Dippoldiswald. uis su-
spensiua tribuatur, non incommode quaeri potest? Straussius in *diff. de qua supra mentionem fecimus, th. 15. sqq.*
id negando definit. Sed, si ingenue liceat fateri, affirmativa magis arridet, eaque amplectenda uidetur. Id
quippe menti Potentissimorum Saxonie legislatorum,
honori, reuerentiae & obedientiae ipsis debitate magis
conuenit. Ad haec, si iudex semel processerit spreta
quasi prouocatione, quam aegre factum eius infectum,
ut ita dicam, reddatur & pars in priorem penitus sta-
tum restituatur, quin imo quod istud saepius fieri &
post vulneratam causam remedium adhiberi nequeat,
inter omnes constat. Quod ad regulam a Straussio
propositam: legem nouam esse in dubio restringen-
dam ad legem antiquam, attinet, ista lex antiqua, qua
uim suspensiua habere negat, nondum adeo dilucide
demonstrata est, nec ex ordinat. iudic. appellat., nec
ex mandatis, ad quae ille prouocat, probatur. Alterum
Straussii argumentum: Serenissimum legislatorem hac
lege

lege cauillantibus nouum praefidium malitia indulgere & occasionem iustitiam eludendi uel medio tempore penitus elabendi praebere non uoluisse, propterea nihil ad rem facit, quia ipse Serenissimus legislator in *all. Mand. Dippoldisw. §. 7.* citissime, quid fieri debeat, indicatum iri declarat uerb. *Worben wir uns uns doch hiermit dahin* Gnädigst erklärt haben wollen, zu desto ehender Abheffung der nichtigen und unerheblichen Appellatio-nen bey unsrer Landes-Regierung die Verfügung zu tressen ic. & paulo post: alsbald und ohne vorher gehende communication zur resolution derer eingelangten Berichte geschritten ic. Imo duo casus a Strausso prolati, nempe si ab examine testium wieder die Summarische Zeugen-Verhör appelletur, it. a detru-
fione in carceres obtorto collo rei in flagranti delicto deprehensi, de qua *add. Manda.* wider die Selbst-Ra-
ge *sub n. II. f. 55.* de prouocationibus manifestissime & euidentissime fruiolis & quae nullo modo excusari possunt, aut ubi periculum est in mora, agunt, quas merito excipimus. Similiter quando delinquens ad locum torturae deductus uel iam coepta est tortura, appellatio contra interposita non attenditur, sed tortura peragitur. uid. *mand. ad Senatum auicicum emissum d. a. 1703. in C. A. T. 1. p. 171. seqq.* Barth. Hodeg. p. 1063. lit. a.

§. V.

An uero in omnibus & singulis causis criminalibus in Saxonia eleborali interdicta est appellatio? Af- firmat illud Carpzou, in *pr. crim. qu. 139. n. 22.* ibi: si- cut nec qualitas cause criminalis attendenda est, num scil.

scil. de vita hominis aliae poena corporis afflictiva aut etiam poena mitiore carceris, relegationis, vel multa pecunaria agatur; indifferenter siquidem in processu inquisitorio appellatio reicitur. Tametsi uero uocem: peinlich, in dem Ausschreiben d. a. 1555. tir. was zu Ober-Nieder oder Erbgericht gehörig in fin. & tir. seq. daß peinliche Sachen, dadurch das Leben verwürfelt re. alio significatu accipi uideas, hoc loco tamen omnis poena criminalis seu ad interesse publicum tendens denatur uidetur. Add. extraditum mandari ad tir. der App. Gerichts-Ordn. Wer vor unser Appellation Gericht geladen re. & Mand. Dippoldism. §. 7. ibi: ohne Unter- schied so wohl Inquisition &c. ubi nulla distinctio reperitur. Ad minimum hoc usus & obseruantia corroboraſſe uidetur.

§. VI.

Nulla autem fingenda est differentia, utrum ab interlocutoria an definitiva prouocetur Carpz. in pr. crim. qu. 139. n. 22. Nec aliter de leuteratione sentiendum. Quicquid enim iuris est circa appellacionem, illud quoque regulariter obtinet in leuteratione. Carpzou. l. c. n. 28. 29. 30.

§. VII.

Sequitur ex hisce, neque in causis delictorum leuioribus, de quibus in Saxonia Electorali iudices inferiores cognoscunt, appellacioni locum esse. add. illustris Menckenii nostri elegantissima pariter atque utilissima diff. d. processu iniuriar. Saxon. §. 31. & 32. Quae- nam

nam autem ista sint delicta leuiora, uid. Ausschreiben
d. a. 1555. tit. was zu Ober, Nieder oder Erbgerichten
gehörig in C. A. T. I. p. 47. Secus vero incuitu de-
precationis & expensarum sentiunt.

§. VIII.

Nolumus vero ea, quae in hoc capite commemo-
rauimus, ad processum accusatorum extendi. In
hoc enim tam leuteratio quam appellatio admittitur.
Colligi hoc potest ex saepe dicta ordin. iudicij appellat.
tit. wer vor unser Appellation Gericht geladen ic. §.
Und mögen demnach ic. ibi: Solassen wir es darbey
bewenden und gnädigst geschehen, wenn peinliche
oder fiscalische (apud fiscales solos fere viget adhuc
processus accusatorius) Sachen fürfallen, daß man
die in unserm Schöppen-Stuhl zu Leipzig, oder, da
in erster instanz hiebevorn daselbst erkannt, an einem
andern unverdächtigen Orte zum versprechen über-
schicken möge ic. Add. extractum mandati ibid: verb.
wenn wieder die Verbrechere Ambtschalben und ex
officio inquisitions-weise verfahren worden ic, porro:
haben wir in inquisition-proceslen. Et, quotiescum-
que in legibus Saxoniciis aliquid circa prohibitionem
appellationis in causis criminalibus dispositum, inqui-
sitionis vox semper fere usurpata est. Quae cum ita
sint, prorsus non habuit Oldekopius, cur tantopere in
Carpzouium inueheretur, & hanc differentiam accu-
satorii & inquisitorii processus a Carpz. expositam &
ut uidimus, in ipsis legibus fundatam reprobaret. Il-

G

Iud

Iud specialiter receprum esse afferit Carpz. *in resp. lib. 3. resp. 128. n. 11.* quod in causis criminalibus (uidelicet quae per modum accusationis uentilantur) appellatio-nes nec in curia Lipsiensi provinciali, nec supremo appellationum iudicio Dresdensi soleant uentilari, sed si prouocetur in eiusmodi causis ad illustrissimum Saxonie Electorem, iustificata appellatione coram commissariis ad id delegatis acta secundae instantiae ad aliud collegium sapientum transmittantur & desuper responsum petatur, ob uerba supra adducta or-din. iudicij appellat.

§. IX.

Annon uero in processu bannitorio quoque locus est appellationi relinquendus? affirmamus. Nam iudicium bannitorium est species processus accusatori & ordinario in eo proceditur modo, ergo, quod in accusatorio obtinet, praesuppositis terminis habilibus ad bannitorium etiam applicari potest. Nec obstat, quod, ut iudicium bannitorium locum habeat, requiriatur, ut reus in flagranti crimine deprehendatur, in notoriis uero iure can. appellatio cesset. Exinde enim nondum delictum sit notorium, neque reus confessus & conuictus. Igitur bannitus deprehensus condemnari nequit, antequam de crimine confessus fuerit aut conuictus, de quo uid. Carpz. *in pr. crim. qu. 140. n. 98. & seqq.*

§. X.

§. X.

Tandem interrogandum, num appellatio uel leu-
teratio contra inquisitionem, quae adhuc est in
fieri, ut aiunt, sit permittenda? Et negamus illud cum
Bergero in E. D. F. tit. 35. obs. 4. n. 1. p. 954. seq. quia
eiusmodi sententia, qua inquisitio dictata, non tran-
sit in rem iudicatam ac defensio pro auertenda inqui-
sitione locum habet. Aliud vero usu & obseruan-
tia in iudiciis inferioribus inualuisse, fatetur iste ibid.
Deinde in legibus Saxonice indistincte ab inquisitio-
ne, sive iam inchoata sit, sive inchoanda, prouocari
prohibetur. Speciatim autem studiosis academie
Lipsiensis, in causis disciplinaribus citatis, appella-
tione & defensione pro auertenda inquisitione uti in-
terdictum per rescr. d. a. 1680. in C. A. T. I. p. 939. Caet-
erum notandum, Potentissimum legislatorem Saxo-
nem in Mand. wider die Selbst-Rache sub n. II.
§. 31. & d. a. 1712. §. 40. item in dem Mand. wider die
Diebe und Räuber d. a. 1719. constituisse, ut singula-
rium certaminum sive duellorum rei, nec non rapto-
res & fures uiolenti ad ultimum supplicium sine de-
fensore aduocato rapiantur, & iudex ipse de eorum
defensione solitus sit.

§. XI.

Caeterum, appellatione in causa criminali interpo-
sita, noua plerumque defensio, modo appellatio-
nem dilationis causa non interpositam esse conster, de-

G 2

lin.

linquenti conceditur, aduocatus autem pro ratione
circumstantiarum suspensione a praxi aliae
poena coërcetur, quod saepissime
contingit.

F I N I S.

COROLLARIA.

I.

Nulla est ac inualida appellatio a iudice male
in formato ad eundem melius informan-
dum , quicquid Limnaeus *in iure publ. tom.*
I. lib. II. c. 9. n. 104. usque *ad n. 126.* de Imper-
atore in contrarium dicat. Affert tamen
Limnaeus *l. c.* exempla quorundam, qui id ten-
tarunt. Plura uid. in Conring. *exercit. acad.*
exercit. VI. s. 65. p. 278. seq., in Struuii *cor-*
pore historiae germ., *in Pistorii tom. III. Scri-*
ptor. rer. german. p. 376., it. in Marquardi Fre-
heri *tom. II. Script. rer. germ. p. 205.*

II.

Periculosa uero est prouocatio ab eodem
temulento ad eundem sobrium; aliquan-
do

do tamen non infeliciter successit. Narrat eiusmodi factum Valerius Maximus VI.-2.
Inserit se tantis viris mulier alienigeni sanguinis, quae a Philippo rege (scil. Maeedonum) temulento immerenter damnata, prouocarem ad Philippum, inquit, sed sobrium. Excusit crapulam oscitanti ac praesenti animo ebrium respiscere causaque diligentius inspecta iustiorem sententiam ferre coegerit &c. Talis autem libertas aliena frequentius uenia, quam sua prouidentia tutta est.

III.

Etiamsi personae miserabiles ad supremam statim instantiam, siue conueniant, siue conueniantur, prouocare possunt, neutiquam tamen hoc iis in regionibus, in quibus appellatio in criminalibus est prohibita, facere queunt.

IV.

Licet Princeps imperii, priuilegio de non appellando gaudens, subditis iterum facultatem prouocandi ad iudicia imperii, indulserit, quod Colonienses & Treuirenses Archi-

Archiepiscopi & Electores fecerunt, hoc tamen ad prouocationem in criminalibus non extendendum.

V.

Beneficium reuisionis in causis criminalibus cessat.

VI.

In causis fractae pacis publicae tam appellatio quam reuasio effectum sortiri uidetur.

VII.

Prouocationes, quae superioribus seculis ad iudicium Magdeburgense ex terris Polonicis aliisque dirigebantur, non ex mero partium arbitrio factae esse uidentur.



Göttingen, Diss., 1739 (1).



Sb

v7n8

B.I.G.

Black

3/Color

White

Magenta

Red

Yellow

Green

Cyan

Blue

Centimetres

Inches

1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 11 12 13 14 15 16 17 18 19

1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 11 12 13 14 15 16 17 18 19

Farbkarte #13

Q. D. B. V.
DE

APPELLATIONE IN CAVSIS CRIMINALIBVS EX IVRIBVS ROMANO, CANO- NICO, GERMANICIS SVB PRAESIDIO

AVGVSTINI LEYSERI ICTI
POTENTISSIMO POLONIARVM REGI ET
PRINCIPI ELECTORI SAXONIAE A CONSILIIS
AVLICIS, IN ACADEMIA VITEMBERGENSI ORDI-
NARI, CONSISTORII ECCLESIASTICI DIRECTO-
RIS, CVRIAEC PROVINCIALIS AC SCABINA-
TVS ASSESSORIS PRIMARII
PRO ADIPISCENDIS

SVMMIS IVRIVM HONORIBVS

DIE OCTOBR. A. C. clo Is CC XXXIX.

IN AVDITORIO MAIORI
HORIS ANTE ET POST MERIDIANIS

PVBLINE DISPVAT

AVCTOR ATQVE RESPONDENS

MICHAEL GODOFREDVS
WERNHERVS

NEVNKIRCHA - FRANCVS I. V. G.

VITEMBERGAE
LITTERIS EPHRAIM GOTTLLOB EICHSFELDII,
ACADEMIAE TYPOGRAPHI.

